

- apud D. Joan. Damasc., lib. 1. *Parall.*, cap. 66.
- S. BIERONYM. 52. Bonus est Deus, et omnia quæ bonus facit, bona sint necesse est. *Epist. 23, ad Paulam.*
- HUGO A S. VICTORE. 53. Magis sunt plangendi, qui a bono deficiunt, quam qui nunquam boni fuerunt. In *Threnos*, sup. illud 2: *Cum deficeret parvulus.*
54. Bonus facit rerum distributio, meliores mundi renuntiatio, optimos autem Religionis cohabitatio. Lib. 1, de *Claustro animæ*, cap. 17.
- HUGO CARD. 55. Bonitas respicit esse, iustitia agere, veritas loqui. *Sup. Ep. ad Ephes.*
- S. JOANNES CHERYSOSTOM. 56. Bonorum vita, detrimentum est pessimorum. *Serm., de Joseph vendito.*
57. Dat Deus temporalia bonis et malis, sed se non dat nisi tantum bonis. *Hom. sup. Psalm. xxxiii.*
58. Christianorum bonitas, malum pro malo non reddit, cum omnibus pacem habet, non se vindicat, pro inimicis orat. *Hom. sup., Psalm. cxviii*, sup. illud: *Bonitatem fecisti.*
59. Christianorum bonitas bonos facit, perfectos constituit cives vite æternæ. *Ibid.*
60. Melius est propter bonos, etiam malos fovere; quam propter malos etiam bonos negligere. *Prosec.*
61. Melius est malis justa præstare, quam bonis justa subtrahere. *Hom. 43, Oper. imperf.*, sup. *Malth.*
62. Non ille est bonus, qui quod malum est reprehendere potest, et bonum laudare; sed qui reprehensus in malo, bono animo suscipit reprehensionem. *Ibid.* *Hom. 43.*
63. Ille vere bonus et justus, et sapiens est, qui sibi ipsi iudex fieri potest. *Ibid.*
64. Rerum natura sic se habet, ut quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioretur, sed ex malo bonus contaminetur. *Hom. 11, de Diversis in Malth.*
65. Qui vult bonus fieri, ei nihil impedimento est, etsi ex pessimorum numero antea fuerit. *Hom. 22, sup. Epist. 1, ad Cor., in Morali.*
66. Nemo bonus, malus esse sudct. *Hom. 1, sup. 1, ad Tim., in Morali.*
- LACT. FIRM. 67. Utinam tam facile esset præstare, quam facile est simulare bonitatem. *Lib. 6, de Vero cultu*, cap. 6.
68. Quid bono viro potest esse tam calamitosum, tanque contrarium, quam ira fræna laxare, quæ illum non solum boni, sed etiam hominis appellatione dispolet? *Ibid., cap. 18.*
- S. LAURENT. JUSTIN. 69. Bonitatis naturaliter proprium est, se communicare eo amplius, quo perfectior est. *Part. 1, de Casto connubio*, cap. 20.
70. Nemo bonus secure cum malis habitat. *Part. 1, de Triumphali Christi agone*, cap. 6.
71. Non sufficit si bonus est quisque in se, nisi et alios, quantum est in se, bonos faciat. *Serm. 40.*
72. Ubi fieri poterunt boni, qui sunt in bono mali? aut quando bene malis usuri sunt, qui male bonis uti non desinunt? *Lib. 3, de Vita contempl.*, cap. 9.
73. Magnus honorum labor est mores tolerare contrarios, quibus, qui non offenditur, parum proficit. *Sent. 122.*
74. Boni latent, quia bonum ipsorum in occulto est, nec visibile est, nec corporale est quod diligunt; et tam merita eorum sunt in abscondito constituta, quam præmia. *Ibid.*, sent. 201.
75. Nullus bonorum inimicum habet, nisi malum, qui ideo esse permittitur, ut aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur. *Ibid.*, sent. 202.
76. Tanta est raritas bonorum ut pene unus videatur. *Lib. 5, de Gubern. Dei.*
77. Virum bonum charitatem, et benevolentiam septum oportet esse, non armis. *Ibid.*
78. Si quis vult esse sapiens, sit bonus; quia nemo vere est sapiens, nisi vere bonus. *Ibid.*, lib. 6.
79. Nunquam homo bonus est, etiamsi bonus esse desideret, nisi Deus habitaverit in ipso. *Lib. 3, num. 128.*
- SENTENTIE PAGANORUM.
80. Non est is vir bonus, qui honestis actionibus non delectatur. *Lib. 1, de Moribus*, cap. 8.
81. Vir bonus, nunquam quidquam mali sponte sua admittet. *Ibid.*, lib. 4, cap. 9.
82. Deterrimus ille habendus est, qui improbitate et in se, et in alios ulitur; optimus autem, non qui secum et sibi, sed qui cum aliis, et erga alios virtutem colit. *Ibid.*, lib. 8, cap. 1.
83. Vir bonus, virtuteque præditus, qua bonus est, actionibus virtuti consensaneis delectatur, offenditurque contrariis. *Ibid.*, lib. 9, cap. 9.
84. Impossibile est prudentem non esse bonum. *6, Ethicor.*
85. Vincit improbos a bonis, fateor esse præclarum. *Orat. 31, pro Plancio.*
86. Quid est melius, aut quid prestantius bonitate? *Lib. 1, de Natura decorum.*
87. Si boni volumus esse, omnia adjumenta et auxilia petamus bene vivendi. *Lib. 4, Tusc. quest.*
88. Potestne quisque in abundantia bonorum, ipse esse bonus? *De Peradoxis*, cap. 2.
89. In hoc unum omni studio tibi, incumbendum est, ne malus, sed potius vir bonus videaris. *De Scientia.*
90. Ipse bonus vir est, qui et alios quoque bonos efficere conatur. *In Dialogo Protagoræ.*

PET. BLEN.

S. PROSPER.

SALVIANUS.

IN VITIS PATI.

ARISTOTEL.

CICERO.

PLATO.

91. Si vir fortis est bonus, etiam peritus est atque itelligens. *In Dialogo Lachetis.*
92. Homo simplex et ingenuus est, qui malit esse revera bonus, quam videri. *Lib. 2, de Republica.*
93. Qui bono animo præditus est, bonus est. *Ibid.*, lib. 3.
94. Conandum est pro viribus, educationis, studiorum, doctrinarum diligentia, improbitatem repudiare, probitatem capessere. *In Dialogo Timæi.*
95. Bonitas Dei fuit causa factionis mundi, et origo omnium rerum. *Ibid.*
96. Vincit malos pertinax bonitas. *Lib. 4, de Benefic.*, capite 31.
97. Pars magna bonitatis est, velle fieri bonum. *Ep. 34.*
98. Bonus vir sine Deo nemo est. *Prosec.*
99. In unoquoque virorum honorum, habitat Deus. *Ep. 41.*
100. Vir bonus tam cito nec fieri potest, nec intelligi. *Ep. 42.*
101. Non bonitas est, pessimis esse meliorem. *Epist. 79.*
102. Non dat natura virtutem; ars est bonum fieri. *Ep. 90.*
103. Nemo est casu bonus, discenda virtus est. *Ep. 123.*
104. Bonus fruitor bona conscientia. *De Moribus.*
105. Bonitas Dei, faciendi mundum causa fuit; bonus est, bona fecit; bono nulla cujusquam boni invidia est. *Ep. 65.*
- Vide etiam tit. *Bonum*, sent. 27, 95; *Malitia*, sent. 18; *Salus animæ*, sent. 126.
- BONUM.
- BOETIUS. *Definitio.* Id est bonum, quo quis adeptus, nihil ulterius desiderare queat. *Lib. 3, de Consol. philos.*, prosa 2.
- PLATO. Bonum est quod sui ipsius gratia est. *De Definitionibus.*
- CICERO. Bonum est id, quod est natura absolutum. *Lib. 3, De Finibus.*
- Quid est bonum? si quid recte fit, et honeste, et cum virtute, id solum opinor bonum. *De Paradoxis*, cap. 2.
- Intellige bona esse, quibus admixta est virtus. *Ep. 31.*
- Unum bonum est, quod nunquam defringitur. *Ep. 93.*
- Bonum est omnis virtutis actio. *Ep. 102.*
- Queramus quid sit bonum; quidam ita diffiniunt: bonum est, quod invitat animos, quod ad se vocat. *Prosec.*
- T. I.
- Quidam ita diffiniunt: bonum est, quod ad petitionem sui movet, vel quod impetum animi tententis ad se.
- Melius illi, qui sic diffiniunt: bonum est, quod ad se impetum animi secundum naturam movet.
- Vel, bonum est quod secundum naturam est, si perfecte secundum naturam est. *Ep. 119.*
- Divisio. Bonum commutabile triplex est: aut s. BONAVENT. est inferius, et hoc est carnis; aut exterius, et hoc est mundi; aut interius, et hoc est excellentia animi. *Prosec.*
- Ex primo, efficitur homo voluptuosus; ex secundo, curiosus; ex tertio, presumptuosus.
- Primo modo, allicitur ad gulam; secundo, ad avaritiam; tertio, ad pompam, sive superbiam. *Sup. Luc., cap. 4.* in illud: *Dixit autem illi diabolus.*
- Duplex bonum Deus præparavit hominibus; s. LAURENT. JUSTIN. unum videlicet temporale, alterum æternum; præstitit primum, alterum promisit. *Part. 2, de contemptu mundi*, cap. 9.
- Differentia. Sunt quædam bona, mala bonis, s. BONAVENT. ut affluentia temporalium, quando eis cor apponunt; sunt quædam bona, mala malis, ut sumptio corporis Domini indigne; sunt quædam bona, bona bonis, ut Ecclesia sacramenta; sunt quædam bona, bona malis, ut doctrina hæreticorum. *Sup. Psalm. lxxii.*
- Differentia bonorum:
- Bona gratiæ sunt virtutes, scientia, et opera de genere bonorum, ut predicare, jejunare; Bona nature sunt nobilitas, pulchritudo, fortitudo, ingenium;
- Bona fortune sunt dignitates, divitiæ, honores, et cætera quæ ex fortuna dantur. *Lib. 1, de Profectu religiosorum*, cap. 9.
- Origo. Omne bonum a gratia Dei sumit originem. *Sup. Ep. ad Ephes.* cap. 2.
- Verum bonum ex bona conscientia, ex honestis consiliis, ex rectis actionibus oritur. *Ep. 23.*
- Omnium honorum vis et origo in ipsa virtute est. *Ep. 74.*
- SENTENTIE PATRUM.
1. Omnia bona divini gratiæ, non humanis meritis sunt adscribenda. *Sup. Ep. ad Rom.* cap. 1.
2. Qui bonis alterius arridet, Sanctis consensit: qui vero invidet, diabolis similis est. *De similit.*, cap. 45.
3. Quanto quis major est in bonis exterioribus, tanto est instabilior, nisi susineatur. *Part. 2, tit. 8, de Invidia*, cap. 5.
4. Magnum est argumentum, quod ad majora bona illos Deus conservat, quos presentibus bonis privat. *Prosec.*
- S. ANTONIN.

5. Quia, nisi corpeis hereditatem Deus dare disponeret, erudire eos per molestias non curaret. Part. 4, tit. 3, cap. 7.

6. Magna bona non acquiruntur, nisi magno labore aut magno pretio, seu valore. *Ibid.*

S. AUGUSTIN.

7. Volentes gaudere bonis externis, facile evanescent, et effunduntur in ea que videntur, et temporalia sunt, et imagines eorum cogitatione lambunt. Lib. 9. *Confess.*, cap. 4.

8. Non tibi alienis exemplis persuadendum est, quam fluxa, et fragilia, et plena calamitatum sint omnia, quae bona mortales putant; cum ita ex aliqua parte bene expertus sis, ut ex te ceteris persuadere possimus. Lib. 1, *contra Academ.*, cap. 4.

9. Nemo securus est in his bonis, quae potest invitus amittere. Lib. 2, *de lib. arb.*, cap. 14.

10. Virtutes quibus recte vivitur, magna bona sunt; species autem quorumlibet corporum, sine quibus recte vivi potest, minima bona sunt; potentiae vero animae sine quibus recte vivi non potest, media bona sunt. *Prose.*

11. Virtutibus nemo male utitur, ceteris autem bonis, id est mediis et minimis, non solum bene, sed etiam male quisque uti potest. *Ibid.*, cap. 19.

12. Bona sunt, quae vitiantur; sed ideo vitiantur, quia non summa bona sunt. *Pros.*

13. Quae igitur bona sunt, ex Deo sunt, quia non summa sunt, non sunt Deus.

14. Bonum ergo quod vitari non potest, Deus est; cetera autem omnia bona ex ipso sunt, quae per seipsa possunt vitari, quia per seipsa nihil sunt; per ipsum autem partim non vitiantur, partim vitata sanantur. *De vera Religione*, cap. 19.

15. Nemo invitus benefacit, etiamsi bonum est quod facit. Lib. 1, *Confess.*, cap. 12.

16. Bonorum summa Deus est, summum bonum Deus est, neque infra remanendum est, neque ultra quaerendum. *De Moribus Eccles.*, cap. 8.

17. Summum bonum omnino, et quo esse aut cogitari nihil melius potest, aut intelligendus aut credendus Deus est. *De Moribus Manich.*, cap. 11.

18. Bonis terrenis non fiunt homines boni, sed aliunde boni facti bene utendo, faciunt ut ista sint bona. Ep. 121 *ad Probam*, cap. 2.

19. Laxatis curis mutabilium rerum, bona stabilia et certa quaeramus. Ep. 413, *ad Romanianum*.

20. Bona et mala cum nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt, sed etiam mala omnino sine bonis, et nisi in bonis esse non possunt, quamvis bona sine malis esse possint. In *Enchirid.*, cap. 14.

21. Multa bona praestantur invitis, quando eorum consultitur utilitati, non voluntati. *Ibid.*, c. 72.

22. Quid tam iniquum, quam ut bene sit desertori boni? Lib. 8, *de Genesi ad lit.*, cap. 14.

23. Pudeat cum alia non amentur, nisi quia bona sunt, eis inherendo, non amare bonum ipsum, unde bona sunt. Lib. 8, *de Trin.*, cap. 3.

24. Notitia evidenter boni, mali est experimentum. *Prose.*

25. Non essent bona dulcissima, si non paterentur adversa. *De XXI Sent.*, sent. 20.

26. Bonum quod observando quisque minus diligebat, ardentius diligit comparando. *Ibid.*

27. Qui perverse amat enjuslibet naturae bonum, etiamsi adipiscatur, ipse fit in bono malus, et miser meliore privatus. Lib. 12, *de Civit. Dei*, cap. 8.

28. Hoc est bonum unde sis iustitia bonus, si habes bonum, unde sis bonus, fac bonum de bono unde non es bonus. Serm. 5, *de Verbis Domini*.

29. Quid prodest plena bonis arca, cum inani conscientia? *Ibid.*, serm. 12.

30. Usque adeo caecitas mentis oculum, usque adeo surdus est homo interior, ut omnia bona vellet habere praeter seipsum. In *quingagesimo Homiliis*, hom. 25.

31. Bonum quod cum tristitia fit, Deo non est acceptabile; quia ipse magis est inspector cordis, quam corporis. Ser. 61, *ad Fratres in eremo*.

32. Tanta dignitatis est humana conditio, ut nullum bonum praeter summum bonum ei sufficere possit. *De Spiritu et Anima*, cap. 14.

33. Non cognoscit bona interioris sensus, qui jucunditate bonorum exteriorum capitur. *Ibid.*, cap. 9.

34. Nullum bonum perfecte noscitur, quod non perfecte amatur. *De LXXXIII quest.*, 5.

35. Ipsa bona, quae per se bona sunt, aliquid mali contrahunt, cum excedunt. *De vera et falsa poenitentia*.

36. Sicut laetitia deserti boni in peccato, testis est voluntatis male; ita dolor amissi boni in supplicio, testis est naturae bonae. Lib. 19, *de Civit. Dei*, cap. 13.

37. Summum bonum, quo superius non est, Deus est. *De Natura boni*, cap. 1.

38. Quae vides, bona putas, falleris; sanus non es, nimia febre phreneticus factus est; verum non est, quod amas vanitas est, insania mendax est. Sup. *Psalm. xxxix*, versic. 6: *Non respexit in vanitates*.

39. Bonum quod neque in melius, neque in deterius commutari potest, Deus solus est. In *Medii*, cap. 18.

40. Cur per nulla vagaris, homuncio, quarendo bona animae tuae et corporis tui? ama unum bonum, in quo sunt omnia bona, et sufficit. *Prose.*

41. Desidera simplex bonum, quod est omne bonum, et satis est.

42. Quid amas caro? quid desideras anima? ibi est quiddam amas, ibi est quiddam desideras. In *Manuali*, cap. 34.

43. Non solum hoc a Christiano quaeritur, ut malo careat, sed ut exerceat bonum. *De vita Christiana*, cap. 10.

44. Eminentius commendantur bona, ac laudabiliora sunt, dum comparantur malis. In *Enchirid.*, cap. 11.

45. Nihil boni dicitur, nisi usque ad mortem in bono perseveretur. Serm. 34, *ad Fratres in eremo*.

46. Bona Ecclesiarum patrimonium pauperum sunt. *Ibid.*, serm. 21.

S. BASILIUS. 47. Impossibile est bonum capessere, nisi prius a malo abscesseris. Apud D. Joan. Damasc. lib. 1, *Parall.*, cap. 30.

V. BEDA.

48. Bonum si facere nequeas, non tamen culpes, vel prohibeas. In suis *Proverb.*, verbo *Bonum*.

S. BERNARD.

49. Quocumque bonum ita placet, ut si recte fieri non possit, placeat tamen fieri eo etiam modo quo fas non est, nimis est; ac per hoc jam quia bene non fit, non est bonum. Ep. 87, *ad Ogerium canonic. regular.*

50. Eminentiora bona in anima sunt dignitas, scientia, virtus. In tract. *de diligendo Deo*.

51. Ad bona et mala cor tuum prepara, ne in die honorum sis immeritor malorum; et in die malorum, ne immemor sis honorum. Serm. 53, *ad Serorem*.

52. Sicut bonum nosse, sic et velle, perfecta Religio, vel Religiosa perfectio est. Serm. 3, *de Ascens. Domini*.

BOETIUS.

53. Anxia res est humorum conditio bonorum, et quae vel nunquam tota proveniat, vel nunquam subsistat. Lib. 1, *de Consol. Philos.*, prosa 4.

54. Ego nego illud esse bonum, quod nocere habenti. *Ibid.*, prosa 5.

55. Hoc est summum bonorum quod cuncta intra se bona continet, cui, si quid abforet, summum esse non potest. *Ibid.*, lib. 3, prosa 2.

56. Est mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas, sed ad falsa devius error abducit. *Ibid.*

57. Sapiens bonum suum non populari rumore, sed conscientiae veritate metitur. *Ibid.*, prosa 6.

58. Boni summi summus Deus est plenissimus. *Ibid.*, pros. 10.

59. Quod a summo bono diversum est, sui natura id summum bonum non est. *Ibid.*, prosa 16.

60. Bonum est, omne quod iustum est; et quod iniustum est, malum. *Ibid.*, lib. 4, prosa 4.

61. Quod bonum est, ab omnibus desideratur. *Ibid.*, lib. 3, prosa 11.

62. Bona temporalia sunt bona infima; naturalia, media; gratulata, summa. Sup. *Sep.*, cap. 8.

63. Nullus ad bonum convertitur, nisi in bono delectetur. In *Lament. Hieremia*, cap. 1.

64. Naturale est summum bonum appetere, et illi placere velle. Serm. 2, *de S. Thoma*.

65. Illa omnia temporalia bona, aeternis bonis comparata, sunt vilissima stercora. Serm. 1, *de SS. Philippo et Jacobo*.

66. Ubi verum bonum deest, beatitudo vera esse non potest. Serm. 7, *de SS. Apostolis*.

67. In omnibus bonis transitionis securitas deest, sine qua nullum bonum perfectum. *Ibid.*

68. Bonum desideratum visum laetheat; sed diu expectatum, valde alligit animam et corpus. Serm. 1, *de uno Marijve*.

69. Nullum est bonum irremuneratum, nullum malum impunium. In lib. 1, sent. dist. 40, art. 2, quest. 2.

70. Magis prodest bonum et delectat, quod magis intimum est. *De septem itineribus*, itiner. 6.

71. Plus potest natura boni, quam habitus. S. DIACOPUS. mali; quandoquidem illud est, hoc vero non est, nisi tantum cum agitur. *De Perfect. spirit.*, cap. 3.

72. Malorum omnium principium et finis, est s. DIONYSIUS bonum; boni enim causa sunt omnia, et quae AREOPAG. bona sunt, et quae mala. *Prose.*

73. Mala quippe boni desiderio aguntur; nemo enim proposito sibi male facit quia facit; idcirco non subsistit malum, sed subsistere videtur, cum boni causa, non sui fiat. *De divinis nominibus*, cap. 4.

74. Necessario bonum omne praecedat aut sequitur tentatio; neque bonum dici potest secundum Deum, nisi approbetur tentatione. *Doctrina* 19.

75. Debet unusquisque a se eradicare quod malum est, et inferre in se quod bonum est. *Homil.* 8.

76. Summa bona sunt, quae nec visu capi, nec auditu percipi, nec cogitatu comprehendendi possunt. *Hom. 3. ad Monachos*.

77. Non vult Deus noster bona sua nimia inveniendi facilitate viloscere; pretiosa enim et concupiscibilis merces, cupidum et avidum negotiatorum requirit. *Ibid.*

78. Haec est spiritualium honorum ratio, ut

S. BONAVENT.

S. DIACOPUS.

S. DIONYSIUS AREOPAG.

S. DOROTH.

S. ELIGIUS.

S. EUSEBIUS EMISSEN.

- cum ea summo labore constet acquiri, tam facile pereant, ut vix possit intelligi. *Ibid.* Hom. 8.
- GLOSS. DEGR. 79. Sicut prima bona per sequentia mala, mortua et irrita sunt: ita ipsa eadem bona per penitentiam, et alia bona sequentia reviviscunt. Apud Gratian., in *Decret.*
- GLOSS. INT. 80. Plus valet apud pravos malum inolitum, quam bonum insolitum. Sup. *Genes.*, cap. 19. in illud: *Eo quod increverit clamor.*
- GLOSS. ORD. 81. Bona citius pereunt, quae ante tempus innotescunt, scilicet animo nondum per humilitatem confirmato. Sup. *Job*, cap. 8.
82. Non parva condemnatio est, ex bono quod communiter datur, private gloriari; scire bonum unde coeperit, et nescire quomodo uti debeat quod accepit. *Ibid.*, cap. 32.
83. Qui abundant in bonis spiritualibus, temporalia quantumque modica eis sufficiunt, imo pro divitiis computantur. Sup. *Psal.* xxxii.
84. Non possumus edificare bona, nisi prius destruxerimus mala. Sup. *Ecclesiasten*, cap. 3.
85. Diligit bonum, qui non invitus et metu legum quod bonum est operatur, sed dilectione ipsius boni. Sup. *Amos*, cap. 5. in illud: *Diligite bonum.*
86. Constat quod a Deo nonnisi bona percipiunt, qualiacunque modica eis sufficiunt. *Prosec.*
87. Omnia enim electis in bonum cooperantur, et omnium bonorum spiritualium distributor est, ut onera charitatis implerentur. Sup. *Matth.*, cap. 7. in illud: *Nostis bona data.*
- GLOSS. INT. 88. Bona aeterna non dantur, nisi filiis. *Ibid.*
89. Bonum non seminat, nisi bonus, qui semen bonae voluntatis ad bona opera studet producere. *Ibid.*, cap. 13. sup. illud: *Qui seminavit bonum semen.*
- GLOSS. ORD. 90. Nihil boni habere potestis, nisi Deo praeveniente et subsequente. Sup. *Epist. ad Heb.* cap. 13. in illud: *Facient in vobis quod placet.*
91. Clausis oculis videmus bona, quae mox apertis non invenimus. Super illud *Psal.* lxxii: *Velut somnium.*
- GREGORIUS MAGN. 92. Plerumque et bona malis, et mala bonis conveniunt, pro eo quod et vera bona bonis, et vera mala malis in aeterna retributione servantur. *Lib. 14. Moral.*, cap. 3.
93. Pensandum magnopere est; quia bona prodesse nequeunt, si mala, quae subrepunt, non caventur. *Ibid.*, lib. 19, cap. 13.
94. Ille vere humilis est in bonis, qui non est defensor in malis. *Ibid.*, lib. 26, cap. 1.
95. Bona quasi bona non sunt, comparatione meliorum. *Ibid.*, lib. 26, cap. 9.
96. Boni inde perfectius in bono proficiunt, unde de malo tentatur; mali autem inde ad ma-
- jus malum deficient, unde de bono gloriantur. *Ibid.*, lib. 34, cap. 17.
97. Bona tenera, plerumque humana lingua dum quasi fortia laudat, extinguit. *Ibid.*, lib. 30, cap. 9.
98. Nullum bonum perficitur, nisi in summo bono solidetur. Sup. *septem Psalmos panit.*, *Psal.* 1.
99. Nihil est bonum quod incipitur, nisi perseveranti fine illud compleatur. *Ibid.*, *Psal.* 11, vers. 10.
100. Bona summa sunt, fides, spes, et charitas; quae cum veraciter habentur, in malo infecti non possunt. *Lib. 27. Moral.*, cap. 27.
101. Qui aeterna bona in vita cogitare noluunt, in morte aeterna mala nunquam cogitata reperiunt, et subito amittunt bona temporalia, quae diu tractando tenuerunt. *Ibid.*, lib. 10, c. 13.
102. Sicut auro bona temporalia, ita sapientia bona aeterna mercantur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 28.
103. Bona quae non auctori militant, sed elationi, bona non sunt. *Ibid.*, lib. 19, cap. 12.
104. Valde iniqua sunt, quae iniqui sub boni specie moluntur. *Ibid.*, lib. 33, cap. 24.
105. Quisquis bonum majus subire proposuit, bonum minus quod licuit, illicitum fecit. In *Pastorali*, part. 3, cap. 1.
106. Vestrum sine dubio bonum facitis, si bona volentibus opem fertis. *Lib. 7. in Regist.*, indic. 2, cap. 118, ep. 118.
107. Mala, quae pro peccatis nostris saepe patimur (quia per divinam iustitiam nobis irrogantur), bona sunt. *Lib. 4. in I. Reg.* cap. 3.
108. In comparatione aeternorum honorum, vana sunt omnia bona temporalia. *Ibid.*, lib. 5, cap. 2.
109. Temporale bonum difficile habetur, et cito amittitur. *Ibid.*
110. Cum de manifesto latens malum nascitur, sapienter bonum absconditur, ne malo superveniente maculetur. *Ibid.*, cap. 4.
111. Multa videntur bona, et non sunt. *Ibid.*
112. Quae per se bona sunt, si non bene tractantur boni gratiam amittunt. *Lib. 1. de Theologia.*
113. Pessum eunt, quae bona sunt et honesta; sine pudore vigent, quae mala sunt. Ep. 29, ad *Eudochium Rhelorem.*
114. Bonum non censetur, neque quod praevinit opportunitatem, neque quod fit tardus. s. GREG. NYSS. *Lib. 4. sup. Ecclesiasten.*
115. Neque quod mensura caret est bonum, neque quod est importunum; sed illud est bonum, et ex virtute factum, quod per utrumque accipit perfectionem. *Ibid.*

- HERONYM. 116. Non sufficit scire quod bonum est, nisi custodiatur attentius quod electum est. Ep. 22, ad *Eustoch.*
117. Minoris peccati est sequi malum, quod bonum putaveris, quam non audere, quod pro certo noveris. In *Proaemio dialog. adversus Pelagianos.*
118. Ista sola bona sunt, quae sine voluntate nec invenimus aliquando, nec perdimus. Ep. 1, ad *Demetriadem.*
119. Laedunt et ipsa bona, si male portentur. Ep. 6, ad *Amicum.*
120. Bona non amare, peccati est, quanti sceleris etiam odisse? et e contrario mala non fugere, vitii est; quantae impietatis est, etiam diligenter inquirere? Sup. *Michaam*, cap. 5, in illud: *Non vestrum est scire iudicium.*
121. Omne bonum praesentis saeculi, confusio est: futuri vero perpetua est fortitudo. Super *Ecclesiasten*, cap. 10, in illud: *In fortitudine et non in confusione.*
122. Sic bonis hujus saeculi frueri, ne aut desiderio, aut carne delinquas. *Ibid.*, cap. 12.
123. Bonum omne et veritas, certo fine concluditur; malitia vero atque mendacium, sine fine sunt. *Ibid.*, cap. 12.
124. In eo nullum bonum, qui nullum malum destruit. Super *Psal.* xxxiii, vers. 14, *Diverte a malo.*
125. Nihil bonum est, nisi quod aeternum est; nihil bonum est, nisi quod perpetuum est. *Prosec.*
126. Quodcumque enim finem habet, nec inter bona numerandum est. Sup. *Ps.* xxvi, vers. 7.
127. Etiam bonum non facere, malum est. Sup. *Ep. ad Rom.*, cap. 13, in illud: *Malum non operatur.*
128. Deus bonis bona dat, et malis mala dat, et bonis mala, et malis bona. *Pros.*
129. Bonis enim bona dat, ut foveantur; et mala dat, ut exerceantur; et malis mala dat, ut castigentur; et bona dat, ut provocentur. *Hom. 12. in Ecclesiasten.*, sup. illud: *Peccatori dedit.*
130. Omne quod est, bonum est; sed, cum id quod bonum est, male amatur, illud bonum est, et hoc malum est. In *Decalogum*, cap. 4.
131. Nihil bonum est, quod melius tollit. *Lib. 3. Didasc.*, cap. 14.
132. Verum bonum non in estimatione hominum, sed in pura conscientia absconditum est. *Ibid.*, cap. 15.
- HUGO CARD. 133. Negantur in hac vita electis bona terrena, quia aegris, quibus spes vivendi est, nequaquam cuncta quae appetunt conceduntur. *Prosec.*
134. Dantur autem reprobis bona, quae in hac vita appetunt, quia desperatis aegris omne quod desiderant, non negatur.
135. Ipsi per iter asperum ad salutis patriam redeunt, illi vero amena prata ad foveam tendunt. Sup. *Hierem.*, cap. 12.
136. Ut dignus caelestibus efficiaris bonis, bona deride praesentia. *Hom. 4. sup. Matth.*
137. Hoc omne bonum est, quod proximum respicit. *Ibid.* Hom. 79, sup. illud *Matth.* 25: *Euge serve bone.*
138. Qui gaudet de bonis quae invenit, et recordatur mala quae evasit, difficile redit ad malum. *Hom. 2. Oper. imperf. sup. Matth.*
139. Sicut homo non potest facere bonum, nisi habuerit adiutorium Dei; sic nec Deus bonum operatur in homine, nisi homo voluerit. *Ibid.*, *Hom. 14.*, super illud 6: *Erat voluntas tua.*
140. Omnia bona mundi triplex interitus tollit, aut a semetipsis veterascunt, aut ab ipsis dominis luxuriose viventibus comeduntur, aut ab extraneis dolo, vel vi, vel calumniis, vel quolibet alio modo diripiuntur. *Ibid.* Hom. 135, sup. illud: *Ubi tinea demolitur.*
141. Nulla res sic exterminat bonum, quemadmodum simulatum bonum. *Prosec.*
142. Manifestum malum, quasi malum fugitur, et caretur; malum autem sub specie boni celatum, dum non cognoscitur, nec caretur, sed quasi bonum suscipitur, et ideo conjunctum bono exterminat bonum. *Ibid.*, *Hom. 19.*
143. Omne malum voluit Deus posse latere sub colore boni, et omne bonum voluit esse sub caligine obscuritatis; ut nec bonum sine labore inveniat, nec malum sine labore evitetur. *Ibid.*, *Hom. 29.*
144. Vere non habet super terram quod amet, qui bonum caeleste in veritate gustaverit. *Ibid.*, *Hom. 36.*
145. Homo ideo ex bono et malo creatus est, ut, contempto malo, sequatur bonum. *Ibid.*, *Hom. 41.*
146. Scire bonum et malum, in natura positum est; facere autem, in voluntate; ideo bene dicere omnium est; bene autem facere, paucorum. *Ibid.*, *Hom. 43.*
147. Omnia bona tunc mercedem habent, cum debitum finem consequuntur. *Hom. 76. super Joan.*
148. Bona veri Christiani nullo fine concluduntur. *Hom. 22. sup. 1. ad Cor.*
149. Bonum boni nomen amittit, cum bene non fit. *Lib. 2. Parall.*, cap. 99.
150. Bonum quod in expectatione est, cupiditate

- tem gignit; quod autem præsto est, voluptatem. Lib. 9, de *Fide orthodox.*, cap. 12.
151. Nihil aliud quidquam præter id quod vere bonum est, bonum appellandum est. De *SS. Barlaam et Josephat.*, cap. 2.
- S. ISIDORUS HISPALENSIS. 152. Bonum quod audieris, dic; bonum quod didiceris, docet. Lib. 2, de *Synonym.*, cap. 14.
153. In bonis immoderatus usus esse non debet, bona enim immoderato usu noxia efficiuntur. *Ibid.*, cap. 16.
154. Omnia creata ex sua natura bona sunt, et ex nostro malo usu non bona. *Prosec.*
155. Si enim bene utantur, et bona et prospera sunt; si male, nocent. Lib. 1, de *Sum. bono.*, cap. 9, sent. 6.
156. Qui bona mundi diligit, velit, nolit, timoribus ac dolores penæ succumbit. *Ibid.*, lib. 3, cap. 53, sent. 2.
- LACT. FIRM. 157. Bonum sine malo in hac vita esse non potest. Lib. 6, de *Vero cultu.*, cap. 13.
158. Bonis brevis, mala æterna; et malis brevis, bona æterna succedunt. *Prosec.*
159. Considerare ergo unumquemque decet, quanto satius est pro perpetuis bonis mala brevia perferre, quam sit pro brevibus et caducis bonis, mala perpetua sustinere. *Ibid.*, cap. 4.
160. Animi bona, mala sunt corporis; scilicet opum fuga, voluptatum interdictio, doloris mortisque contemptus. *Prosec.*
161. Corporis bona mala sunt animi: scilicet cupiditas et libido, quibus et opes appetuntur, et suavitas variarum voluptatum, quibus enervatus animus extinguitur. Lib. 7, de *Divino premio.*, cap. 5.
162. Bona temporalia fallacia sunt, quorum incerta et caduca possessio est. *Ibid.*, cap. 27.
- S. LAURENTIUS JUSTIN. 163. Semen boni in homine suffocari potest sensibus delictorum; vel diaboli temptationibus (ne fructificet) valet impediri, minime tamen divelli atque extingui. Part. 2, de *Obedient.*, cap. 12.
- S. NILCUS. 164. Ne appetas bona, quorum usus præterit, et possessio perit. Patenses 142.
- ORIGENES. 165. Bonorum frequentius, quam malorum habenda est memoria. Lib. 8, in cap. 6, *Ep. ad Rom.*
- PELAGIUS PAP. 166. Qui invitum ad bonum cogit, non persequitur, sed diligit. In *Decretis Gratiani*, part. 2, causa 23, quest. 5, canone, *Non vos.*
- PETRUS BLES. 167. Bona non essent, nisi mutuo sibi quodam amicitabili fœdere consentirent. De *Amicit.*, cap. 9.
- S. PETRUS CHRYSOLOG. 168. Bona quam sint bona scire (nisi malorum cognitione) non possumus. *Serm.* 131.
- S. PETR. DAM. 169. Omnia bona Dei sunt, et nostra; quoniam ille operatur in nobis, qui effectum tribuit operandi. Op. 36, de *Divina omnipotentia*, cap. 9.
- S. PROSPER. 170. Corporale bonum quod habent iniqui,

- ipsorum est premium; quando habent iusti, non est eorum premium, sed temporale solatium. Lib. 2, de *Vita contemplat.*, cap. 13.
171. Boni temporali amissio fit exercitio iusti, et injusti supplicium. *Ibid.*
172. Facile quælibet bona sine charitate possunt perire, quæ non possunt sine charitate prodesse. Lib. 2, de *voe. gent.* cap. 11.
173. Totum bonum quod habemus, ab arte nostra habemus; sed si hoc in nobis est, quod ipsi fecerunt, inde damnabimur; si autem hoc quod Deus fecit, inde coronabimur. *Sent.* 126.
174. Finis boni est, non quo consumitur ut non sit, sed quo perficitur ut plenum sit, unde est summum bonum. *Ibid.*, sent. 139.
175. Manifestum est quoniam bona sunt, quæ corrumpuntur; quæ si bona non essent, corrumpi non possent; si summa bona essent, incorruptibilia essent; si autem nulla bona essent, quod in eis corrumpere non esset. *Ibid.*, sent. 175.
176. Fidelis in fine temporalis mali, transit in perceptionem æterni boni. *Ibid.*, sent. 272.
177. Nullo bono alieno eget, qui bono quod fecit non eget. *Ibid.*, sent. 279.
178. Multa bona facit Deus in homine, quæ non facit homo; nulla vero facit homo quæ Deus non facit ut faciat homo. *Ibid.*, sent. 311.
179. Deo nullum hominis bonum est impossibile, nullum malum insanabile. *Ibid.*, sent. 306.
180. Desiderabilium suscepimus bona, que cito metumus auferenda; securius vero negligimus quod nos diutius possidere credimus. *Sup. Ep. ad Rom.*, cap. 15.
181. Non potest ad perfectum exteriorum bonorum fastigium perlingere, qui interiorum bonorum dulcedinem nondum meruit gustandis sentire. Part. 1, tract. 2, de *Extermin. mali*, cap. 7.
182. Maximum profecto bonum est, naturam rerum callere, ut ex ea cognitione contemnamus quæ fluxa sunt, animique ab omni servitute liberum conservemus. *Serm.* 11, de *Fine et iudicio.*
183. Inestimabile malum est, bonis a Deo datis non bene uti. Lib. 1, ad *Eccles. Catholicas.*
184. Bona temporalia, mala nostra sunt; terrenis actibus emittit. *Prot.*
185. Quibus dum aliqui nimium attente serviunt, bona ecclesiæ perdunt. *Hom.* 2, de *Arca vita.*
186. Bona nostra divinitati debemus adserbere, mala autem humanis moribus imputare. *Pros.*
187. Quia sicut bona procurante Domino creantur, ita mala diabolo auctore nascuntur. *Ibid.*, *Homil.* 2.

188. Tunc sane nos bona deserunt, cum deleriora succedunt. *Ibid.*

189. Rogandus semper est Christus noster, ut in nobis bona nutriat, et exorandus ut nutrita custodiat. *Ibid.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

- ARISTIPPUS PHILOSOPH. 190. Fortune bona varii casus eripiunt; bona animi, quæ sola vere bona sunt, nec incendium, nec naufragium potest eripere. In *Sentent.*, sent. 2.
- ARISTOTELES. 191. Hæc bona sine virtute integræ, atque undique perfecta constare nullo modo possunt. *Libr.* 4, de *Moribus*, cap. 3.
192. Quod optabile et expetendum est, id bonum est; et quod quiddam optabilius est, eo majus bonum est. *Ibid.*, lib. 3, cap. 3.
193. Bonum animæ, est optimum bonum. 7, *Polit.*
194. In bonis exterioribus non est felicitas, quia ipse felix nullo bono exteriori indiget. *Ibid.*
195. Bonum quanto communius, tanto divinius. *Ibid.*, 1, *Ethic.* et 2, *Top.*
196. Bonum et malum, sunt in rebus; verum et falsum, sunt in mente. *Ibid.*, 6, *Metaph.* et 3, de *Anima.*
197. Malum facere, est facile; bonum autem, difficile. *Ibid.*, 2, *Ethic.*, cap. 5.
198. Objectum voluntatis non est, nisi bonum. *Ibid.*, 3, *Ethic.*
199. Nullum alterum est ex se bonum, sed quodlibet est bonum a Deo tantum est. *Lib.* 1, de *Theologia*, cap. 6.
200. Nimum boni est, cui nihil est mali. *Lib.* 2, de *Virtutibus.*
201. Id solum bonum est, quod rectum, honestum sit. *Ibid.*, lib. 3.
202. Non tam entendum, ut bona quæ nobis data non sint sequamur, quam ut vitia fugiamus. *Lib.* 1, de *Offic.*
203. Potest-nè bonum cuique malo esse, aut quisque in abundantia bonorum ipse esse bonus? *De Paradoxis*, cap. 2.
204. Nihil bonum, nisi quod honestum; nihil malum, nisi quod turpe. *Lib.* 2, *Tusc. quest.*
205. Non sunt bona dicenda, nec habenda, quibus abundantem licet esse miserimum. *Ibid.*, lib. 5.
206. Nihil bene se haberet, nisi omne bonum in honestate consisteret. *Prosec.*
207. Omne bonum lætabile est; quod autem lætabile, id prædicandum, et præ se ferendum; quod tale autem, id etiam gloriosum; si vero gloriosum, certe laudabile; quod autem laudabile, profecto etiam honestum; quod bonum igitur, id honestum. *Ibid.*

208. Quidquid est quod vere bonum sit, id expetendum est; quod autem expetendum, id certe approbandum; quod vero approbandum, id gratum acceptumque est habendum. *Prosec.*
209. Divitias, cum quivis (quamvis indignus) habere possit, in bonis non numero; quod enim est bonum, id non quivis habere potest. *Ibid.*
210. Omnium actionum finis est bonum, et illius causa omnes alia res sunt agenda: *De Rhetore.*
211. Omnia que bona sunt, bona esse nisi cum aliqua virtus affuerit, mihi necessarium esse videtur. *Ibid.*
212. Non est bonum, quod incremento malum fit. *Lib.* 1, de *Tra.*, cap. 13.
213. Animi bonum animus inventat, non oculus. *De Vita beata*, cap. 2.
214. Omne boni principium, ex virtute est. *Ibid.*, cap. 6.
215. Summum bonum immortale est. *Ibid.*, cap. 7.
216. Bona terrena adventitia, et nutum fortune sequentia sunt; at vero bona sunt, in quæ non est manus injectio. *De Constantia sapientis*, cap. 5.
217. Omnia ista bona, quæ non speciosa, sed fallaci voluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia, aliaque complura, ad quæ generis humani cæca cupiditas obstupescit, cum labore possidentur, cum invidia conspiciuntur eisque ipsis quos exornant et premunt, plus minatur quam prouunt. *De consolat. ad Polybium*, cap. 28.
218. Satius est, qui nullum fructum esse putat bonorum, nisi presentium. *Ibid.*, cap. 29.
219. Quidquid optimum homini est, id extra humanam potentiam jacet, nec dari, nec eripi potest. *De consolat. ad Helvium*, cap. 8.
220. Nullum bonum jurat habentem, nisi ad cuius amissionem preparatus est animus. *Ep.* 4.
221. Nullius boni sine socio, jucunda possessio est. *Ep.* 6.
222. Nemo sollicito bono fruatur. *Ep.* 14.
223. Id bonum cura, quod vetustate sit melius. *Ep.* 15.
224. Veri boni aviditas tuta est. *Epist.* 28.
225. Qui omne bonum honesto circumscriptis, intra se felix est. *Epist.* 74.
226. Bona illa sunt vera, quæ ratio dat; solida ac sempiterna, quæ cadere non possunt, nec decrescere quidem, aut minui. *Prosec.*
227. Cætera, opinione bona sunt, et nomen quidem habent commune cum veris, proprietatis in illis boni non est. *Ibid.*
228. Summum bonum nec infringitur, nec augetur, in suo modo permanet. *Ibid.*

PLATO.

SENECA.

S. REMIGIUS.

CICERO.

RICHARD. A. S. VICTORE.

S. THEODORETUS.

SALVIANUS.

S. VALERIAN.

229. Solum bonum est honestum, cui modus est. Ep. 76.

230. Bonum sincerum esse debet, et ab omni parte innoxium; non est id bonum quod plus prodest, sed quod tantum prodest. Epist. 87.

231. Quid stultius turpiusve, quam bonum rationalis animi ex irrationalibus necere? Ep. 92.

232. Mortale est omne mortalium bonum; verum autem bonum non moritur, certum est, sempiternumque; hoc unum contingit immortale mortalibus. Ep. 97.

233. Ut aliquid auri extrahamus, terram pervertimus; ut summum bonum occupemus, scrutari pectus piget. In *Proverb.*

234. Hominis bonum, liber animus est ac rectus. Ep. 124.

235. Hominis bonum non est in homine, nisi cum in illo ratio perfecta est. *Ibid.*

236. Nisi ubi ratio locus est, bonum non est. *Ibid.*

237. Bonum tunc habebis tuum, cum intelliges infelicissimos esse hujus mundi felices. *Ibid.*

238. Facillime bonis frueris, si ea vitaveris, que vituperaveris. *De Moribus.*

239. Intellige que sint bona, ut bene agas. Sent. 49.

240. Hoc solum ducito, quod bonum est. *Ibid.*, sent. 71.

241. Hoc solum bonum putato, quod Deo dignum est. *Ibid.* sent., 123.

242. Quod bonum est, hoc solum te decere puta. *Ibid.* sent., 186.

243. Bona habere omnes quidem optant, obtinent autem, qui semetipsos integre verbo Dei manciparunt. *Ibid.*, sent. 208.

244. Bonum in carne non quaeras. *Ibid.*, sent. 306.

TRISMEGIST. 245. Bonum in nullo ponitur, nisi in uno Deo; imo ipsum bonum Deus ipse semper. Lib. *de Ptolemaeo*, cap. 6.

246. In solo Deo, bonum ipsum existit. *Ibid.*

VALEB. MAX. 247. Bona, que opes humanæ vocantur, affluunt subito, repente dilabuntur; nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt. *Pros.*

248. Itaque neque debent existimari, neque dici bona, que inflictorum malorum amaritudinem desiderio sui duplicant. Lib. 6, *Victor. memor.*, cap. 11.

Vide etiam tit. *Acquirere*, sent. 18; *Amisio*, sent. 19; *Animus*, sent. 35; *Beneficium Dei*, sent. 80, 95; *Jactantia*, sent. 30; *Incipere*, sent. 4, 5, 32, 33, 34, 40, 73; *Malum*, sent. 16; *Melior*, sent. 46, 66; *Providentia Dei*, sent. 11, 12, 13; *Proximus*, sent. 26; *Temporale*, sent. 49; *Visio Dei*,

sent. 8; *Vita æterna*, sent. 65, 170; *Voluntas in genere*, sent. 35.

CADERE.

Definitio. Casus est effectus extraordinarius, contingenter annexus effectui naturaliter producto.

SENTENTIE PATRUM.

1. Homo per se cadere potest, per se autem nunquam resurgere potest. *De Paradiso animæ*, part. 1, *de Virtutibus*, cap. 24.

2. Vicina est lapsibus adolescentia. *De viduis*, 3. Inter omnes lapsus hominum, nulla est gravior quam superborum ruina. Lib. 40, ep. 84, *ad Demetriadem*.

4. Sicut levius est de plano corruiere, sic gravius est de sublimi cadere dignitate. *Prosec.*

5. Quia ruina, que de alto est, graviore casu colliditur. *De Dignit. Sacerd.*, cap. 3.

6. Si Petrus lapsus est, qui dixit, etsi alii scandalizati fuerint, ego non scandalizabor, quis alius jure de se presumat? Lib. 40, sup. *Luc.* cap. 22, sup. illud: *Nescio quid dicas*.

7. O durus et dirus casus hominis? heu quid perdidit, et quid invenit? quid abscessit, et quid remansit? perdidit beatitudinem ad quam factus est, et invenit miseriam ad quam factus non est; abscessit sine quo nihil felix est, et remansit quod per se, non nisi miserum est. In *Prologo*, cap. 1.

8. Gravius irascitur Deus peccanti, qui de proposito altiori cadit, quam alio. Ep. 3, *ad Henricum anicum*.

9. Quanto quis cadit ab altiori statu virtutis, non cito inde resurgens, tanto gravius ruit in omnia mala. Part. 1, tit. 4, *de Voluntate*, cap. 13.

10. Justi cadunt, et reprobi; justi cadunt ante se, et cognoscunt ubi cadunt; et ideo resurgunt; sed reprobi cadunt retro, et non vident ubi cadunt, et ideo non resurgunt. Part. 3, tit. 16, cap. 10.

11. Mirari solent homines, cum audiunt aliquem bonum cadere, cum tamen continuo sit in pugna; sed potius mirandum est, si aliquando non cadat. Part. 4, tit. 5, *de Justitia*, cap. 12.

12. Tanta est humana fragilitas, ut ad sibilum unius verbi deiciatur; ut ad aspectum, seu erectionem oculi prosternatur. *Ibid.*

13. Eleganter dictum esse narratur; cum quidam ruisset in puteum, ubi aqua tanta erat, ut cum magis exiperet ne moretur, quam suffoca-

ret ne loqueretur; accessit alius eoque viso miserans, ait; Quomodo huc cecidisti? At ille: Obsecro, inquit, cogita quomodo hinc me liberes, non quomodo huc ceciderim, quaeras. Epist. 29, *ad Hieronymum*.

14. Simpliciter fateor; ex quo Deo servire cepi, quomodo difficile sum expertus meliores quam qui in Monasteriis profecerunt; ita non sum expertus peiores quam qui in Monasteriis ceciderunt. Ep. 137, *ad Clerum*.

15. Quisquis stat, videat ne cadat; et si ceciderit, velociter resurgat. *De Spiritu et Anima*, cap. 57.

16. Caro cadere diligit, surgere negligit. *De sularibus documentis*, cap. 65.

17. Audeo dicere superbis esse utile cadere in aliquod apertum manifestumque peccatum, unde sibi displicent, qui jam sibi placendo ceciderant. *Prosecutio*.

18. Salubrius enim Petrus sibi displicuit, quando flevit, quam sibi placuit, quando presumpsit. Lib. 14, *de Civitate Dei*, cap. 13.

19. Melius expedit emendari et corrigi post lapsum, quam in nequitiis permanere. Lib. 1, *contra Julianum*, cap. 2.

20. Multi cadere volunt cum David, et nolunt surgere cum David; non ergo cadendi exemplum propositum est, sed si cecideris, resurgendi. *Pros.*

21. Attende, ne cadas; non sit delectatio minorum, lapsus majorum; sed sit casus majorum, tremor minorum.

22. Audiant qui non ceciderunt, ne cadant; audiant qui ceciderunt, ut surgant. Sup. *Psalm.* L.

23. Nullus in certamine cadit, nisi cujus fortitudo cadit. Sup. *Psalm.* cxvii, vers. 14, *Fortitudo mea*.

24. Quicunque non sunt lapsi, in veritate stant; et ille stat, qui Deo fruitur; qui autem se frui voluerit, cadit. Super *Psalm.* cxxi, vers. 2, *Stantes erant pedes nostri*.

25. O quam feliciter cecidi, qui post lapsum feliciter resurrexi. Lib. *de Diligendo Deo*, cap. 6.

26. Superbis continentibus expedit cadere, ut in eo ipso in quo se extollunt, humiliarent. Ser. 65, *de Verbis Dom.*

27. Timenda est ruina multitudinis, etsi non magnitudinis. Ser. 1, *Dom. Quadrag.*

28. Non sicut homo qui sponte cecidit, ita etiam sponte surgere potest, nisi porrecta dextera Dei. Lib. 1, *de Lib. arbit.*, cap. 20.

29. Plane non dubitavim dicere, lapsas animas a castitate sanctiore (que vocetur Deo) adulteris esse peiores. *De bono viduit.*, cap. 11.

30. Qui cecidit, ad eum statum a quo lapsus est, non nisi auctoris sui gratia reformatur. *Pros.*

31. Surgit enim beneficio alieno, qui cecidit proprio.

32. Nec ideo non suo dicendus est cecidisse, quia alieno noscitur resurgere; nec propterea suo resurrexisse, quia non alieno certum est cecidisse. *Contra Felicianum*, cap. 13.

33. Sæpius ventis agitur ingens pinus, et celsæ turres graviore casu decidunt. In suis *Proverb.*, verbo *Sæpius*.

34. Stantibus et lapsis par sollicitudo tenenda est; his ne retrocadant, illis ut concite surgant. *Ibid.*, verbo *Stantibus*.

35. Tunc te lapsurum formida, cum ruit alter. *Ibid.*, verbo *Tunc*.

36. Nullus tanta perfectionis in Ecclesia vivit, qui non multoties cadat et resurgat. Sup. *Psalm.* VIII.

37. Quanto quis ad altiora profecerit, tanto gravius (si corruerit) colliditur. Ser. *de Cantico Esch.*

38. Nusquam est securitas, neque in celo, neque in Paradiso, multo minus in mundo. *Pros.*

39. In celo enim cecidit Angelus sub presentia divinitatis, Adam in Paradiso de loco voluptatis, Judas in mundo de schola Salvatoris. Ser. *de Ligno, feno et stipula*.

40. Cadit asina, et est qui sublevet eam; peit anima, et nemo est qui reputet. Lib. 3, *de Consider.*

41. Peccantis lapsus non dono adscribendus est potestatis, sed vitio voluntatis. *Pros.*

42. Etsi datum fuit voluntati posse stare ne caderet, non tamen resurgere si caderet. *De Gratia et libero arb.*

43. Statim labitur cordis miseria, subtracta divina gratia. *De Medit.*, cap. 9.

44. Nullus sit casus, quem non meditatio preveniat; nullus sit casus, qui te imparatum inveniat. *De Interiori domo*, cap. 43.

45. Voluntate sua cadit, qui cadit; et voluntate sua stat qui stat. *Ibid.*, cap. 40.

46. Uniuscujusque casus tanto majoris est criminis, quanto priusquam caderet, majoris erat virtutis. *Ibid.*, cap. 50.

47. Felix homo, qui sic ambulat, ut non cadat; aut si ceciderit, ut statim resurgat. *Pros.*

48. Felicior vero est, qui nunquam cecidit; felicissimus autem est, qui cum Deo regnat immunitis a casu. *Ibid.*, cap. 68.

49. A minimis incipiunt, qui in maxima proruunt. *De Ordine vite*.

50. Qui per loca periculosa vadit, cito cadit. Ser. 17, *ad Sororem*.

51. Quis non videat, quod sicut in multis cecidi, sic et in alia poteram cecidisse peccata, nisi

COLLECTOR.

S. ALBERTUS

MAGNUS.

S. AMBROSIVS.

S. ANSELMVS

ET

S. AVGVSTINVS.

S. ANSELMVS

ET

S. AVGVSTINVS.

S. ANTONINVS.

S. AVGVSTINVS.

V. BEDA.

S. BERNARDVS.